

## EINE KLEINE AUSWAHL AUS MARTIALS EPIGRAMMEN

### *Wieviele Zähne hast du noch, Aelia? (I 19)*

Si memini, erant tibi quattuor, Aelia, dentes:  
expulit una duos **tussis** et una duos.  
Iam segura potes **totis** tussire **diebus**:  
nil, **istic** quod **agat**, **tertia** tussis habet.

**tussis**, -is f = Husten  
**totis diebus** = alle Tage lang  
**istic ... agat** = *hier*: hinaus (aus dem Mund) treibt  
**tertia**: *siehe oben*:  
una ... et una ... *und nun* **tertia**  
tussis

### *Echte Trauer? (I 33)*

Amissum non flet, cum sola est, Gellia patrem,  
si quis adest iussae **prosiliunt** lacrimae.  
Non luget, quisquis laudari, Gellia, quaerit;  
ille dolet vere, qui sine **teste** dolet.

**prosilio** 4 = *hier*: hervorbrechen

**testis**, -is m = Zeuge

### *Bitte nicht allzuviel Freundlichkeit! (II 21)*

Basia das **aliis**, **aliis** das, Postume, **dextram**.  
dicis '**Utrum** mavis? elige.' Malo manum!"

**alii ... alii** = die einen ... die anderen  
**dextram** erg. *manum*  
**utrum** = was von beiden

### *Kreuzigung! (II 82)*

**Abscisa** servum quid **figis**, Pontice, lingua?  
Nescis tu populum, quod **tacet** ille, **loqui**?

**abscindo** 3, -scidi, scisum = ausreißen  
**figis in cruce**  
**taceo** 2 = *hier*: verschweigen  
**loquor** 3 = *hier*: herumerzählen

### *"Na, du bist mir einer..." (II 7)*

Declamas **belle**, causas agis, Attice, belle;  
historias bellas, carmina bella facis;  
componis belle **mimos**, epigrammata belle;  
bellus grammaticus, bellus es astrologus,  
et belle cantas et saltas, Attice, belle;  
bellus es arte lyrae, bellus es arte **pilae**.  
Nil bene cum facias, facias tamen omnia belle,  
vis dicam, quid sis? Magnus es **ardalio**.

**bellus** 3 = *hier nicht positiv!!*

**mimus**, -i m = Posse, Sketch

**pila**, -ae f = Ball

**ardalio**, -onis m = "G'schaftlhuber"

*Nacktbaden (III 51)*

Cum faciem laudo, cum miror **crura** manusque,  
dicere, Galla, soles "Nuda placebo magis",  
et semper vitas **communis** balnea **nobis**.  
**Numquid**, Galla, times, ne tibi non placeam?

**crus**, cruris n = Bein

**communis nobis** = gemeinsam mit uns

**numquid** = etwa

*Bitte um frühe "Erlösung"! (IV 24)*

Omnes, quas habuit, Fabiane, Lycoris amicas  
*extulit*: uxori fiat amica meae.

**exferro** 3 = hier: begraben

*Ein guter Mensch hat's nicht leicht! (XII 51)*

Tam saepe nostrum **decipi** Fabullinum,  
**miraris**, Aule? Semper homo bonus tiro est.

**decipio** M = täuschen

**miror** 1 = sich wundern

*Was macht man auf dem „Häus'l“? (XI 77)*

In omnibus Vacerra quod **conclavibus**  
**consumit** horas et toto die sedet,  
cenaturit Vacerra non cacaturit.

**conclavis**, is = Klo, Häus'l  
**consumo** 3 = verbringen

*Wie findet man eine gute Ausbildung? Ein nicht ganz ernstgemeinter Rat! (V 56)*

Cui tradas, Lupe, filium magistro  
quaeris **sollicitus** diu rogasque.  
Omnes grammaticosque rhetorasque  
**devites moneo: nihil sit illi**  
**cum** libris Ciceronis aut Maronis;  
famae Tutilium suae relinquat;  
si versus facit, **abdices** poetam.  
Artes discere vult **pecuniosas**?  
Fac discat **citharoedus** aut **choraules**;  
si **duri ingenii** videtur,  
**praeconem** facias vel architectum.

**sollicitus** 3 = besorgt

**moneo**, ut devites

**nihil sit illi cum** = dieser soll nichts zu tun haben mit ...

**abdico** 1 = verleugnen, ablehnen

**pecuniosus** 3 = geldträchtig

**citharoedus**, -i m = Sänger und Gitarrist

**choraules**, -is m = Flötenspieler

**duri ingenii** = gen. qualitatis

**praecono**, -onis m = Ausrufer